

ad annos pubertatis, quibus expletis, cum de religionis, religiosaeque vitae in Cisterciensi familia a sententia dimoveri non posset, parentis desperata victoria, tamen novas artes adhuc machinatur. Iudaens adolescens, et pulcher, et dives, ad Virginem coenobium vadit, petitque baptismum, idque eo animo, ut Antislita neophilum cum Catharina loqui sinat, admissusque decipiat, restitutaque parentibus, quorum agebat instinctu. Hoc usus commento, baptizari se sinit, sequae puellae consanguineum mentitus, conveniendae Catharinae veniam sibi dari posebat. Sed virgo deli praesaga fictum illum Christianum, ut alloquatur, adduci non potest. Ille repulsus fidem abiurat, larvaque posita, se retulit ad Iudaeos, quos nunquam ex mente posuisset. Egomet vidi, inquit historicus, homo, ut appareat, minime levis, et saepe cum cum hac Catharina locutus, nihilque ea me admirabilius novisse memini. Magna erant vitae integritas, et sincera religio, quo tempore ceterae virgines, quae in illud se monasterium abdiderant, cum parentibus, aut propinquis familiares sermones in locutionis podio conferebant, et a quotidianis operibus, Abbatissae permisso, tantisper respirabant, nostra haec novitia ad Deiparae ibat imaginem, et cum illa tanquam viva esset, loquebatur, non quia vivam putaret, sed quod in huius pectore Virginis sanctae Matris memoria viveret, quam aspectus imaginis maxime renovabat, atque illa suaviter: Divina parens, sorores suorum colloquiis recreatur, ego ad te venio curas revelatura: tu mihi instar es omnium, tu meum solatium, et dulcedo, ita te una conquiesco. Nec dubium, quod Dei Mater Catharinae mentem expleret, eiusque inopiae, solitudinique prospiceret.

§. CXX.

Tilm. Bredēb. (lib. 3. sacro coll. cap. 25): Puella decem annorum gravissimo, acerbissimoque genere morbi tenebatur, cuius mater, quam Tilman. non contemnendus scripserat, quae haec literis tempore mandavit, affirmat, fuisse superstitem, in templum, quod loci incolae Novum appellant, ingressa, ad dolorum sacratissimae Virginis imaginem, quae gladii transfixa depingitur, et illic religiose visabatur, accessit, et post fusas ex animo preces, tantum se frumenti daturam vovit, quantum aegrotantis puellae pondus esset. Corpore ad libram revocato, et publica statera dimenso, voto hoc reddito, atque ex truliniae iudicio corpoream puellae gravitatem, aequa lance ponderantis, promisso tritico persoluto, puella pristinae restituitur sanitati. Et vero imago illa virgine tantam praeferebat antiquitatem, carie pene, et carosa esset, atque consumpta, exsuoque capiti novum sufficere necesse fuit, ipsumque brachium nimia vetustate divulsum, uno dumtaxat claviculo tenebatur. Hanc eandem imaginem furiosi novatores toto Belgico grassantes anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, audaciter invaserunt, ini-

que fimbriis ab illo sacro abstractam, per universam civitatem, perque aspera, et confragosa loca ad suam libidinem rapaverunt. O rem miram: erat vetusta ipsa fragillima, cuius alterum brachium pene distinctum, neque tamen rabida factatione, et asperitum lapidum altritu laedi unquam, frangere potuit, Deo et pro sua parentis imagine propugnante, et eiusdem matris oratu, insanas ad sanitatem invitante. Quin et Catholicorum confirmatus est animus, qui, veteri religione retenta, nova commenta despiciunt. Id enim annosa monstravit effigies, quae se tam bene defendit: id quoque testatus est clavus inter tot firmos iniurias, cui vivae fidei appensa lucerna est, quae non extinguetur in nocte.

§. CXXI.

In historia vitae sancti Patris nostri haec narratur a Bernardino Senensi adhuc puero ad materteram suam Dianam viduam, cui a defunctis iam parentibus erat commissus: Se in Urbe Senensi iuenculam quandam amare, ineffabili speciositate fulgentem, cuius gratiosum aspectum nisi quotidie videret, sibi crederet prae moerore moriendum, mentem suam referens ad eam, quam totam pulchram canit Ecclesia. Nutrix, directrixque ipsius Diana, mulier spiritualis, suscipiata, ne forte alicuius puellae carnali amore foret vulneratus, eum increpans, sic inquit: Quid est fili mi, quod te impudice loquentem audio? an ignoras, quod multae formosa declivem animum facit ad vitia? aspectus eius ignis est exardescens, affectus robur ingenii prosernit, intellectum elidit. Desere, fili, hanc vanitatem, et de corde tuo omne cogitatum illius propulsa. Sic illa: atque attentius observatum Dei deprehendit aperto capite, nudis nixum genibus, dilectam suam, b. inquam, Mariam Virginem, quae supra portam in effigie stabat devotissime salutantem, sicque salva res fuit. Bernardinus autem in tantum, tanquam sanctum virum evasit, ut a Nicolao v. Pont. in Sanctorum numerum sit relatus.

§. CXXII.

Antonius Bonifinus refert (l. 3. rerum Hungaricarum decade 3. anno Domini 1415): Post pugnam a nostris contra Turcas, et Valachos in Hungaria commissam in campo, ubi magnus restabat caesorum corporum cumulus, forte a viatoribus auditas voces, Iesu et Mariae, cumque propius se advomissent, caput loquax ita locutum: Quid hic astatis stupentes? Christianus sum, et Dei Matri addictus, sine confessione facta occubui aote biennium: Maria Dei Mater, cui in vita devotus extitii, linguam hactenus mihi servavit, quo confiteri possem. Quare rogo, vocate sacerdotem: vocarunt, confessus est, et absolute percipit, illico confuit.

§. CXXIII.

Cuspinianus (in Chronico suo), Trilemius (lib. de Monasterio Hirsavensi): Henrico imperatorum ipsa perfectio sancti cognomen dedit: nam virginitalis florem integrum, atque involutum Mariae Virginis ope conservavit, cuius tam sedulus cultor fuit, ut in mediis itineribus, quae et multa, et longa fecisset, si quando in urbem aliquam esset ingressus, noctem primam illa in aede precando consumeret, quam beatissimae Virginis dicatam reperisset. Hanc eandem immaculatam Virginem calice immensae magnitudinis honoravit. Quod vero templum in eisdem Dei Matris honorem magnificentia imperatoria dignissimum apud Spirenses inchoaret, neque mortis interventu perferret, Conradus Caesar absolvit. Porro monasterium almae Virgini inscriptum, et sacratum, in Argentinensique ditioe situm, quod vetustas prope consumperat, ita refecit, ac repositit Henricus, ut magis novum fecisset, quam velus reparaesse diceretur. Uxorem religiosissimam foeminam eiusdem virginitalis propositi sociam habuit, atque participem. Cumque ob devotam immortalis Domino continentiam, spe prolis se sponte privasset, Deum sobolis, et posteritatis auctorem, bonorum suorum haeredem assumpserunt. Ex quo factum est, ut ecclesiae Henricus, si Gotfrido Viterbiensi, qui Conradi Regis nobilis scriba fuit, amanuensisque praeclearus, habenda fides est, prope mille fundaverit. Et quamvis templa construendi, et anniversarii pecuniis locupletandi, et quasi sponsas dotandi finem nullum Henricus faceret, totusque in eo esset, ut Dei cultum, religionemque proveheret, talem se tamen in imperio administrando praestitit, ut de solis armis egisse videatur. Itaque Germanici fines imperii quam longissime protulit, Bohemiam subdidit, Burgundiam in ditionem recepit, cunctam Germaniam, totam Galliam, universamque Italiam in officio continuit. Et harum trium bellicarum nationum pacem fecit esse diuturnam. Iam vero Pannoniae impietatem deponentis, et se ad Ecclesiam aggregantis salutem, etsi Stephano regi maxima ex parte tribuitur, tamen Christiani huius incrementi ex Hungaris ad Christum conversis, laus communicanda cum Henrico est, cuius soror Sisela, verae religionis amantissima foemina, et fratri similima, Hungariae regi Stephano desponsata, ad coniugis baptismum, fratre Henrico non modo adhortante, sed etiam instigante, felicem aditum patefecit. Et quia ad sui regis exemplum se fere regna conformant, sacer ille Stephanus baptismi fons universam in se Pannoniam derivavit. Quam autem Regum pietas ad prosperam regni fortunam valeat, exemplo sit hic idem Henricus, quem religionis studiosissimum, beneficentissimumque factorem Deus immortalis tam multis, tamque insignibus triumphis decoravit, virginisque cultor singularis, inque coelium relatus numerum, illud Salomonis usurpat: Venerunt mihi omnia bona cum illa. Iam praelia tam multa cum hostibus non armis tectus Vulcaniis, sed

fide, spe, et charitate confecit, id quod multo ante Theodosio contigerat, qui contra robustissimum Eugenii tyranni exercitum magis orando, ut Augustini verbis utar, quam feriendo pugnavit.

§. CXXIV.

Scrius (de vitis Sanct.): Annonis Archiepiscopi Coloniensis ea fuit in Dei Matrem charitas, ut in ipsius honorem monasterium Canonorum religiose vivendum ab ipsis fundamentis excitari, omnique ornatu apparatusque completeret. In hoc loco sibi ipsi sepulcrum designavit: ibidem fletu, et lacrymis sua, suorumque peccata diluens, frequenter perorabat, somnoque illo contentus, quem sub lucis adventum, vigiliis tractus, ac defatigatus puncto temporis ipse coepisset, res negotiaque gerebat, neque aliter laborabat, quam si horas noctis complures quiescisset, humilibus se praebat affabilem, potentibus graven, et severum. Auctoritate tanta fuit, ut nemo sacerdos, nemo dives, nemo episcopus, nemo regia dignitate conspicuus, Annone procul viso, non tremere, sequae a risu, et ioco ad severitatem, modestiam, facturum latenter converteret: nam simul atque apparuissent, Dynastae, Praesules. Rex denique ipse vestem aptabat, vultum ad reverendum componebat, ngari, ludere, vociferari, cachinnari, et gestire desinebat. Sunt enim honore dignissimi, qui se totos in honoranda coeli Regina collocarunt.

§. CXXV.

Andreas Coppenstein. (lib. 2. de fraternitate Rosarii) haec de b. Alano Ordinis Praedicatorum, et Virgini familiarissimo scribit: *necesso fuit, ut tentatio probaret eum, sicut sanctum Tobiam; et sicut tentati sunt Patres nostri, ut probarentur, si vere colerent Deum suum: idque nostra, non Dei causa, ut qui probati sunt, manifesti sint in nobis. Itaque arcano suo consilio divina bonitas permisit virum talem a maligno spiritu dire tentari, diuque tribulari. Et enim immisus in eum spiritus nudum ipsum saepissime respicere retro, et indignum Christo reddere moliebatur. Accessit, datus ei stimulus carnis suae, angelus salanae, ut eum colaphizaret, sicut Paulum, Gregorium Magnum, d. Hieronymum, et similes. Ippissimus denique satan truculentus in eum arietavit, ac pulsavit, ut Iobum, non quidem, tangens cuncta, quae possidebat: iam olim namque dimiserat omnia, et sequutus erat Christum, nudus nudum, ac pauperem, sed tangens os eius et carnis, percussit eum, non ulcere, sed verberare permisso. Quare ipse de se Alanus ista testatur, ac prodit: *Antequam ad Rosarii admirandam praedicationis gratiam pervenit, assidue cantabat hoc canticum: Mortuae, cupiens liberari a malis diaboli, carnis, et mundi. Et**

quidem a quibusdam est liberatus, sed aliis maioribus pugnis est impugatus; septem enim annis continuo a diabolo fuit crudelissime tentatus, percussus, et flagellatus. Id quod et in Antonius, Macharius, Paulus, similesque complures ei permissum accepimus. Adeoque fuerunt saeva haec verbera, ut saepius ei vitam extorsissent, et ipse in desperationem corruisset, nisi Maria Virgo eum adiuvisset. Secundo: Quinimo saepius iam vehementer agitataur a spiritu desperationis, ut saepe ipsi vitam extorsisset, et signanter semel, nisi visibilissime in ecclesia orandis eiusdem, Maria eum liberasset, subito tentationem profugundo. Manus enim illius heu trahatur ad ferrum, et ipso nolente stetebrum, brachium cum ferro ipso ad guttur proprium, tam valide, ut tunc se iugulasset, nisi, ut tenebris Abrahami, ita brachium eius Regina pietatis tenuisset, alapa eum feriendo: dicens: Quid o miser, quid agis? si me debite invocasses, ut dudum solitus es, nequaquam in tantum periculum incurrisse. Dixit, et disparuit: Sed et paulo post gravissima, et incurabilis infirmitas eum arripuit, ut omnis, hanc sciens, indubie iudicasset, hunc mortis viciniam fuisse filium. Alanus in eo se articulo colligens, e templo ad cellae stratum perceptat. Cum igitur daemontibus, pergit ipse, undique agitataur, turbatis conscientia, infirmitate gravatus miserabiliter iaceret, vehementissimis suspiriis ad Virgineam Mariam ita fore clamabat: Heu me miserum mortis filium, heu quid faciam? Coelestia mihi repugnant. Speraci, ne habere tuam, o Maria, gratiam, et ecce gratiora decidi in maledictionem. Heu cur natus sum? Cur religionem hanc intraxi? quo mihi talis seruitium Dei tam durum. Ubi veritas dicitur: Iugum meum suave est? Et quod non permitat tentari ultra, quod possumus? Vere, salua Dei reverentia, vellem potius non esse, aut lapidem me fuisse, quam sic dies meos decurrere. Ita ille cum Iob, et Ieremia clamans deficiebat. Tertio: Cum ecce subito post decimam noctis horam, resplenduit claritas Dei in cella, apparuitque beatissima Virgo Maria, quae suavissime salutato, et colloquiis nullis lactato, lethalia daemonum vulnera rigavit, et mox sana reddidit: simul cum sibi, Domino Iesu Christo praesente, et multis sanctis, realisticis desponsavit. Cetera ex eodem brevissime sic Bonifacius: Et mandavit, ut Rosarii sodalitates rursus aggregaret, quo autem ad id muneri parator, et prior redderetur, concionibus aduicem se fore Virgo promissit, edituramque miracula. Quorum unum Rosarii usum, videlicet, et alterum annuli fuit, quem ex digito virginati detraxit. Alano dedit indumentum. Quo ille dno erectus, et recreatus, annos quindecim Rosarii concionator fuit, divinosque flores variis mundi locis sparsit, qui odorem suavissimum exhalant. In eadem apparitione misericordiae Mater novellum suum sponsum, et alumnum quindem gratiarum monilibus donavit, pro merito cultus sui iam diuturni, et constantis, quem Deiparae tot annis retro, tantis inter tentationum molestias, praestiterat. Ista brevissime recenseo ex ipso Alano: sic enim apud ipsum alna Dei Genitrix loqui-

tur. Primo, impetravi tibi omnium peccatorum remissionem, nec morieris in reatu peccati mortalis; sed si offenderis in mundo punieris. Secundo, do tibi, ut lucem quandam habeas semper praesentem, in qua me habebis, et videbis semper praesentem, et adiuvantem, longe clarior, et verius, quam si me videres, aut langeres oculis, vel sensibus corporeis. Tertio, do tibi gratiam impetrandi omnia a Deo postulata, quae oraveris. Quarto, do tibi sentire influentiam coelestem: hoc est, lucem in membris subintrantem, loque perturbationem ad confortamentum voluntatis divinae. Quinto, do tibi, ut praesentialissime sit Dominus tecum, non visione oculorum, sed fidei, et sub lumine alacriori, quam sit lumen scientiae. Sexto, do tibi, ut videas in te totam sanctorum curiam coelestem, et cum aliquo sensu, et luce illuminante sentias. Septimo, do, ut audias loquentem meam, et sanctiorum: nec vox ista est corpora, nec phantastica, sed quaelam alta, clara, distincta, mentem afficiens, et erudiens. Octavo, do tibi scientiam tam humano ingenio acquisitam. Et factum est maxime in scientiis divinis, moralibus, et humanis: nec docendo, aut praedicando libris indigebat. Nono, do tibi, ut mulieres nunquam tibi noceant ad Iuxuriam, quantumcumque pulchrae. Decimo, do tibi benedictionem in sermone tuo, ut sentias in te Christum loquentem eae, quae debes loqui. Et factum est signanter post Eucharistiam, ut homo imbibitus sit quasi omnia, faciens iuxta illud, non vos eslis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri loquitur in vobis. Undecimo, do, ut sentias in corde tuo totum filium mei vitam: et sentis in se lucem conformitatem ad omne bonum, pellemtem omnem acediam, et passionem. Quando haec lux discessit, saepius erat impolens ad omne bonum. Alia quatuor Alanus non scripsit: quae sit causa, nescitur; sed creditur, quod aede secreta essent, ut noluerit ea manifestare; haec Alanus posthumus collector. Atque ea ad instar erant dotis sponsalium, ex quibus omnis deinceps vita illius, et actionum perfectio conformis ducebatur. Inde, Deiparae quasi familiaris, multa, et mira ex ipsa condidit, quae de Rosario ad populum praedicavit, miraculorum sequentibus signis. Quinto, quin et ipse Servator Christus ad aram facientis manifestus in iam transubstantiata apparet hostia, sub poena praesentissimae mortis, illi, ut praedicando evulgare Rosario usum, mandavit. Quod idem aliquando Rosarii nescit videnti, vigilantique assistens ipsi S. P. N. Dominicus, ut suo exemplo Psalterium B. V. Mariae praedicaret; atque inquebat: vides, quomodo profeci pro Virgine Maria in sermone isto? id ergo facias etiam tu, et omnes Mariae amatores, ut sic trahatis populos ad veram scientiam omnium virtutum, et morum per psalterium Mariae Virginis. Iamque eum ante mouerat istis: Tu praedicas; sed tibi caveas, ne potius laudem humanam quaeras, quam animarum fructum. Itaque longe, lateque hoc devotissimum psalterium, ad divini cultus augmentum, et populi ignari salutem, copiosus propalavit. Per quod, Dei gratia cooperante, vix dicibilia

miracula sunt peracta, praesertim circa praedictam fratrem. *§. CXXXVI.* Legitur in Chron. Priorum domus Carthusiae, quod tempore Guidonis V. Prioris dictae domus creditur evanuisse. Conversus quidam Carthusianus humili genere, aetate iuvenis, moribus tamen generosis, ac vitae sanctitate profectus, toto studio obedientiae, humilitati, mortificationi omnem, quam poterat, operam adhibens, mundum sibi, seque mundo crucifixerat. Amori divino, et memoriae Matris Domini ita se totum devoverat, ut ab his qui vitam eius nosset, nihil seire iudicaretur, nisi Iesum Christum crucifixum, eiusque Genitricem. Nocte quadam iacebat in cella, cum ecce multo iam processu noctis eidem vigilantem, et coelestia meditanti, daemorum turba in specie porcorum agrestium apparuit, et per totam cellam discursu insano, rictu horrendo, dentibus longissimis, ac veluti in necem eius exacutis, pavefactum, et trementem hominem circumstantabant. Sudabat ille praeter timore, et quasi iam, iamque a bestis discerpendus, nil nisi mortem ultimam praeposulabat. Inter haec quemdam, humana specie enormis magnitudinis daemorum principem, cellam conspicit intrantem, ac porcos, quod illum non discerpissent, desidia arguentem. At, inquit porci, magno conatu id facere tentantes, nihil potuimus: ego, inquit ille, iam faciam, quod vos segnes minime facere potuistis; et unicum ferreum, longis, ac recurvis angulis terribilem, minaci manu praetendens ad virum Dei discerpendum adaptat, cumque nimio timore pene mente excedere coegit. Sed Deus, cui vir ille bonus saepe dicebat: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo, tentationem tam duram non est passus ultra procedere, sed sua infinita misericordia liberavit eum a malo: mox enim ut nequam ille unicum ferreum ad eum discerpendum extendit, statim beatissima Dei Genitrix, misericordiae Mater, in qua ille totam spem suam post Deum posuerat, visibiliter affuit, et virga levi manu praetensa: quomodo, inquit, huc detestandi venire ausi fuistis? Non est hic vester, nec iam in aliquo contra eum poteritis praevaleare. Dixit hoc; et dicto velocitus totus ille nefandus caetus ut fumus evanuit. Post daemorum fugam, hominem adhuc trementem his consolata est verbi: Placeat, quod facis, tuique animi devotioem Deo, mihi quae gratam noveris: fac ergo, quod facis, et de his ad meliora perseveranter proficere stude: et tibi aliquid singulari in mandatis tradam, stude vilibus escis, operi manuum devotus insiste, amplectere abiectas vestes. His ergo b. Virgo animatum hominem relinquens, coelum repetit. Ille autem, ut a Virgine iussus fuerat, mandata eius adimpleret, totis viribus usque ad mortem mitebatur; haec ferebat verbum apud Petrum venerabilem Abbatem Cluniacensem (l. 2. *miraculorum* cap. 29), quod idem extat apud Vincentium Be-

luacensem (l. 7. *epo. hist.* c. 112. *et in specul. acceptorum dist.* 9. num. 113).

§. CXXXVII.

Ex Chron. Seraphici nostri Patris s. Francisci (3. part. cap. 36. et 37) haec quae sequuntur lego: Frater Iacobus de Coronis Deiparae, cuius admodum studiosus erat, nullas quoties coronas recitare, atque offerre, aliosque omnes, quibus cum agebat, etiam episcopos, et cardinales, ad coronam recitandam hortari consueverat, ut vel ex eo adeptus sit cognomen de Coronis, post spiritum prophetiae, quo clariuit, et miraculorum virtutem sibi a Deo Deiparaeque deprecatione concessam, in Burgo sancti Sepulchri demoratus est. Cumque ad exequias, quae eius erat sanctitatis opinio, universus plane populus accurrisset, quidam vidit in oratione in spiritu eius animam e monasterio prodeuntem, deducentibus angelis, in sublime ferri, coelique beatissima regna conscendere. Beatus Bernardus a Felitre pro suggestu publice dicebat, fratrem quemdam Veronae in oratorio Porciae ex provincia s. Antonii, cum ob coronam Deiparae recitandam pro ara, et remotis arbitris, recessisset, deprehensum tamen in ea devotione ab altero fuisset; qui quidem observavit, quoties is inter recitandam coronam Ave Maria pronuntiaret, angelos, qui coram Virgine astabant, auream, quam manu gerebant, coronam in Reginae nostrae caput imponere, mox de capite deponere, et ad singulas salutationes angelicas rursus apponere; alios vero angelos ad singulas salutationes angelicas eidem Deiparae rosam, aut liliolum offerre. Narrabat idem b. Bernardus in eadem Provincia, fratrem Antonium de Robes, Deiparae pietati addictissimum, cum urbem Vicentiam obiret aliquando, repentina quidem, ac assidua pluvia fuisse deprehensum: cumque nullum, quod se reciperet, inveniret locum, ut sese a pluvia defenderet, acceptam e globulis coronam in capite ponens suo: O angelorum, inquit, Regina, in necessitatibus amicorum patrocinia dignoscentur: oro te, ut recorderis clientis tui. Res dicti mirabilis: iis vix prolatis verbis, ad urbem usque progressus est, ne levi quidem pluviae gutta resper-sus. Eius vero socius, qui eques ille praeverterat ad pluviam declinandam, alique tanto obstupefacti miraculo, gratias Deiparae egerunt, qui studiosos semper tuetur ac servat. Cum matrona nobilis illa quidem suos auferisset filios ad coronam flexis genibus, iunctisque manibus singulis diebus primo quoque mane, antequam in ludum litterarum abirent, Deiparae recitandam, accidit quodam die, ut dum iret in gymnasium, mandata eius adimpleret, in subiectum caderet flumen. Re cognita mater, non iam ad fluminis aquam, sed ad Deiparae opem statim accurrat, eique filiorum salutem impense commendavit, ac salutatione angelica recitata, praecipit concedi ad fluvium:

illic reperit multos, qui filium ex aquarum fundo extrahere moliebantur. Verum vix ea pervenerat ad pontem, cum filius aquas superatans, existit, matrem appellat incolomis. Tunc omnes extrahunt puerum, et periculo eripiunt, ad matrem adducunt. Ea laetabunda, Deiparae acceptum retulit filium, qui insuper affirmavit, sese ab ea Domina, ante cuius imaginem quotidie primo mane coronam recitare solebat, a praesenti discrimine liberatum. Ex quo multi ad coronae pietatem suscipiendam sunt excitati.

§. CXXVIII.

Narrat Evagrius suo tempore gestum, et toti orbi notum (*libr. 4. capit. 35*) de puero Iudaeo, qui licet Virgine sanctissimam non invocasset, per eam tamen ab incendio est servatus: Memae, inquit, temporibus miraculum editum fuit plane memorabile. Velus fuit consuetudo Constantinopoli, ut si quando nullae admodum particulae puri et immaculati corporis Christi superessent, pueri impuberes, qui scholas frequentabant, accerserentur, easque manducarent. Quod cum factum fuit, cuiusdam hominis Hebraei quidem opinione, arte autem vitrarum filius, una cum pueris versatus est, qui quidem parentibus percontantibus ab eo causam morae, respondit, ut res se habuit, seque cum aliis pueris pariter comedisse. Hebraeus hinc, furere, et iracundia inflammatus, in cibarium ardentem, in quo vitrum formare solebat, puerum coniecit. Postquam vero mater puerum quaerens reperire non potuit, passim per totam ibat urbem, Deum gemitu obtestans, et flebilibus lamentis se dedens. Triduo autem post ad ostium officinae viri consistens, luctu miserabiliter divexata, nomine puerum compellat. Puer matris vocem ut agnovit, e cibano responsum dat: Mater effractus foribus introrumpit, viditque puerum in medio carbonibus ardentibus consistentem, illaesus ab ignis incendio; qui cum rogaretur, quo pacto illaesus mansisset: Mulier, inquit, veste amicta purpurea, crebro ad me veuit, porrexit aquam, qua carbonum flammam corpus ambientes exstinguerem, cibum denique dedit, quodies esuriebam. Qua re ad Iustinianum perlata, puerum cum matre lavacro regenerationis lingendo decrevit; patrem autem pueri, qui recusavit in numerum Christianorum adscribi, in Syricis cruci suffigendum curavit: haec Evagrius. Eandem historiam confirmat Gregorius Turonensis, qui paucis post annis, eodem tamen saeculo vixit (*in l. de gloria Martyrum cap. 10*): ubi aliquando explicatus illud de beata Virgine tradit. Cum enim, inquit, infantulum Christiani interrogarent, quale ei inter ignem fuisset umbraculum, ait: Mulier, quae in Basilica illa, ubi de mensa panem accepi, in cathedra parvulum in sinu gestat infantem, haec me pallio suo, ne ignis voraret, operuit. Unde indubitatum est beatam e Mariam apparuisse; haec Gregorius Turonensis: additque multos Iudaeorum exemplo

hoc in Urbe illa salvatos: eandem historiam memorat Glycas (*4. part. Anadolum*). Paschalis primus Pontifex Maximus in litteris suis Apostolicis, quas recitat Baronius (*tom. 9. ad annum Christi 824*). Cum enim idem Paschalis sanctae Caeciliae templum, quod velustate ruinam minabatur, magno studio in meliorem formam construere coepisset, et fama esset, corpus eiusdem sanctae Caeciliae ab Astulpho Longobardorum rege, hostiliter Romam obidente, furto esse per eius homines sublatum; sancta Caecilia virginali aspectu et habitu decora, Paschali ante confessionem sancti Petri, multivernali lucescente Dominica, dum psallentium harmoniam observat, sopore gravato apparuit, eumque hortata est, ut suum corpus requireret, et in templo quod reparaverat, reconderet. Cumque Pontifex obiteret eius corpus a Longobardis sublatum, illa in haec verba respondit: Veritas est, quod Longobardi me multum desideraverunt, et quaesierunt, sed gratia Dominae meae, semperque Virginis Dei Genitricis Mariae effecti, quod nec me invenire, nec me deportare sicut voluerant, hinc longius poterunt: haec illa. Quod ipsum Anastasius Bibliothecarius illorum temporum scriptor testatum reliquit in codice quodam e Cavensi monasterio accepto apud Baronium loco citato. Quod si Deipara hoc erga corpus sanctae Caeciliae praestitit: mirum videri non debet, si corpus Iatronis egregia erga se pietate additi, honorifice tumulandum curaverit.

§. CXXIX.

Surius (*tom. 3. in vit. s. Adel. die 29. Apr.*) haec narrat: S. Opportuna Virgo, et Monialium Abbatissa cum gravi corporis aegritudine teneretur, exacta quadam nocte, vidit b. Caeciliam, et s. Luciam causa visitationis ad se venire; quas cum vidisset, blando sermone ita salutavit: Ave te sorores Caecilia, et Lucia, quid praecepit ancillae suae gloriosa Virgo Maria coelestis Regina, et omnium Virginum Domina? Respondentes sacrae Virgines Caecilia, et Lucia dixerunt: O splendidissima sponsa Christi Opportuna, expectat adventum tuum intacta Virgo Maria, ut filio eius coniungaris in caelo, quem totis visceribus dilexisti in mundo: ornata corona gloriae tuae, et accessa lampade, debes ire obviam sponso, et sponsae. Post laetitiam autem tam praeclearae visionis et visitationis, dum clerus in exitu sanctae illius animae, et astantes sanctimoniales psalmodi decantarent, et ipsa cum eis decantaret, respiciens ad ostium domus dixit his qui psalmodi decantabant: Ecce adventi Domina mea beata Virgo Maria, cui vos commendo, quos in hoc saeculo amplius non video. Extendite autem ea brachia, quasi Matrem Dei vellet amplexari, sancta eius anima carne est soluta, et vivit cum Christo per aeterna saecula. Surius in vita s. Richardi Episcopi Ciestrensis die 2. Aprilis: Cum sanctus Richardus Episcopus Ciestrensis morbo esset praegravatus et confectus, illam Psalmistae vocem, in ma-

nus tuas Domine commendo spiritum meum, crebro iterabat. Ad beatissimam quoque Matrem Christi, semperque Virgineam Mariam subinde corde simul et voce se convertens aiebat:

Maria mater gratiae,
Mater misericordiae,
Tu nos ab hoste protege,
Et in hora mortis suscipe.

Mandavitque suis capellanis, ut ea verba ad eius aures pronunciant non cessarent, atque ita inter suspiria plae devotionis, et verba sacrae orationis adstantibus religiosis, presbyteris et clericis, laicis quoque fidelibus, b. Richardus animam victura societate reddidit creatori: S. Antoninus (*3. part. histor. titul. 23. cap. 14*). In hora transitus s. Patris Domini Ordinis Praedicatorum institutoris adfuit beatissima Virgo cum filio, prout revelatum fuit cuidam devoto Priori conventus Brixienensis, qui dicebatur frater Cicala Longobardus, qui postea Brixiae Episcopus fuit: hic enim eadem die et hora, qua s. Pater migravit e saeculo, anno aetatis suae quinquagesimo primo, scilicet feria sexta, hora sexta, levi depressus somno, post orationem vidit interioribus oculis quandam aperturam in caelo, per quam submittebantur candidissimae duae scalae: summitatem unius scalae tenebat in manu b. Virgo Maria, alterius summitatem filius eius Iesus Christus tenebat; angeli vero discurrerant per eas ascendendo et descendendo; et in fine utriusque scalae sedes posita erat, et unus super eam sedens, qui similis erat fratri Praedicatori, habens faciem velatum, eunti versus Ierusalem coelestem: scalas autem illas rursus trahebant Dominus Iesus cum matre paulatim, et ducebatur sursum simul cum illis scalis sedes pariter cum ardente, comitantibus angelis. Denique receptis in caelum scalis, et sede cum sedente, apertura illa clausa est, visioque disparuit. Quapropter subito dictus frater perrexit Bononiam, et reperit, quod illo die, et hora Pater e mundo in caelum transierat.

§. CXXX.

Cardinalis Iacobus de Vitriaco (*in vit. beat. Mar. Oegniae. libr. 2. cap. 3. apud Sur. tom. 3. 17. Jun.*): Religiosa quaedam vidua, quae in sancta viduitate diu servierat Domino, et filias suas in sancta virginitate sponso coelesti integras servabat, in Villebroc prope Nivellem in extremis laborabat. Vidit autem haec nostra Maria de Oegnes b. Virgineam sanctae viduae assistentem, et quasi flabello quodam caloris aestum, quo torquebatur, humanissime temperantem. Cum autem anima illius iam esset egressura a corpore, turba daemonum insidiantium, nulli orationum instantiae cedere voluit, donec claviger aethereus crucifixi vexillo eos turpiter pudentes profligaret. Postquam autem defuncta est, vidit Christi ancilla beatissimam Virgineam cum multitudine coele-

stium puellarum psallentium, et Deum laudantium, et velat in duos choros distributarum, circa eius corpus versari. Cumque sacerdos pro more exequias celebraret, summus sacerdos Christus cum sanctorum frequentia officium, ut videbatur, etiam complebat, et mirandum in modum Ecclesia triumphans militanti respondebat. Surius (*tom. 3*), ex Thoma Cantipratensi haec narrat de Innocentio III (*in lib. 2. vit. beat. Lutgard. Virg.*). Dominus Innocentius Papa III. post celebratum Lateranense Concilium ab hac vita migravit, moxque apparuit visibiliter Lutgardi. Illa autem, ut vidit eum ingenti flamma cinctum, quoniam sit, perconclatur. Respondit, se esse Innocentium Papam. Et illa cum genuit; quod hoc esset, inquit, communem omnium nostrum Patrem tam dire cruciari? Respondit ille: tres ob causas ita cruciari, quae etiam aeternis suppliciis me iustissime addixissent, nisi per intercessionem piissimae Matris Dei, cui monasterium condidi, in extremis me penitensset, et aeternam quidem mortem evasi, sed poenis atrocissimis usque ad iudicii diem cruciabor. Quod autem ad te, suffragia petiturus, venire potui, mihi a suo filio Mater misericordiae impetravit. His dictis confestim disparuit; hactenus ibi.

§. CXXXI.

Auctor Pomerii (*libr. 12. part. ult. cap. 4. mira.*) haec his verbis narrat: Quidam miles dives, et in bellis famosus, totus erat deditus corruptionibus foemiarum. Et quia fornicamentum debebat fieri in Verona, ad illud peregrinus cum magno apparatu, in quodam castello unam pulchram iuvencalem aspiciens, eam concupivit. Unde vocat famulo, pecunias magnas illi tradidit, cum quibus parentes iuvencae, et ipsam virginem ad illicitum actum induceret. Tunc parentes excaecati munere filiam invitam tradiderunt stuprandam. Et quia sabbatum erat, illa Virgo corde devoto se b. Virgini commendabat. Cumque ploraret, illam miles de nomine interrogavit. At illa ait, quod vocaretur Maria. Intulit miles: cur ploras? Respondit illa: melius esset mihi mori, quam turpiter vivere: nam virginitatem meam Deo, et beatae Mariae voveram. Tunc Spiritus sanctus tetigit mentem mox militis, et extinxit in eo omnem libidinem, et ait puellae: quia hodie est sabbatum, dies videlicet Mariae deputatus, et nomen tuum est ei conformae, nunc et integre offero sibi, et teste Deo, ut meas sponsas in monasterium Monialium te introducam. Illaque gratias Deo egit, et miles se per omnia continuat ab ipsa, atque in monasterium: eam tradidit, et collocavit, promittendo Abbatissae multas divitias, postquam regressus fuerit, se oblaturum. Sed accidit, ut moreretur miles in ipso toramento. Tunc Abbatissa coepit puellae hinc impropere apibus militis fallax promissum: insuper vitium corruptelae sibi imponere minabatur. Et quia nullum solatium humanum poterat habere, ad beatam Virgineam confugit, lacrymabiliter as-

sidue subsidium exorando: cui apprensus beata Virgo sic ait: Noli flere filia dilecta: nam miles ille, qui tibi tantam exhibuit gratiam, in fine compunctus, salvus est, et corpus suum, quia in torneamento mortuum est, in loco non sacro sepultum est. Vade ergo, et die Abbatissae, ut ipsum eius corpus ad vestrum coemeterium sacrum, sive monasterium sepeliendi causa deferri faciat. Et in signum quod locuta sim tibi, cum nunc sit valida hyems, rosa pulcherrima reperietur super tumulum eius, cuius radix protenditur usque ad cor eiusdem militis, eo quod scilicet ob mei amorem castitati tuae peperit. Cumque haec retulisset, et Abbatissa adhuc credere nollet, revelato sibi quodam peccato occulto per puellam de mandato b. Virginis Mariae, tunc contrita, et confessa cum processione illuc pergendo, signum dictum invenit, et corpus ad coemeterium transtulit. Sicque Pater, quoniam ipsa gloriosa Virgo Mater ad se confugiens castitatem illibatam conservat, et ad ipsam sectandam inducit, honorantibus puritatem finem bonum largitur; haec ibi.

§. CXXXII.

Auctor Pomerii (*lib. 12. part. 2. artic. 1*) mirabile quoddam exemplum in hunc modum refert: Quoniam manus Domini non est abbreviata, his etiam nostris temporibus certe acciderunt miracula ad id fidem facticia: Nimirum fide dignis viris qui affuerunt, et viderunt referentibus, didici, quod cum ad partes Transalpinas Imperator Sigismundus bellando accessisset, contigit inibi quendam militem cecidisse. Primus multos ante annos cum idem Imperator partes ad illas cum exercitu accessisset: ecce omnibus audientibus, vox quasi fletus ac lugubris sibilationibus coepit insanare. Cumque cuncti quidnam foret mirarentur, de mandato Imperatoris coeperunt inquirere intra vepres, silvasque, et lucos circum adiacentes: et ecce reperit quoddam cadaver iacere in quodam rubo putrefactum, adeo quod incrementis iunci, et spinae veprium, ipsum pertransiendo penetraverant, et ex illo cadavere sonus ille flebilis andiebat resonare. Unde clara voce ait asstantibus, et quid foret conquirentibus, dicit: habetis ne presbyterum, cui confitear? offerre mihi, domini: ego enim iam ante annos principalis in bello Sigismundi Imperatoris miles affui, et in hoc loco pugnae corruis: sed quoniam b. Mariae in vita mea semper devote servivi, ideo eius meritis faventibus, id mihi a Deo concessum est, et donatum misericorditer, ne anima mea a corpore isto iam pene consumpto et tabefacto dissolveretur, ut damnationem omnino evaderem. Unde tota anima mea in me tenetur, nec mori possum, donec plene confitear, quia habeo damnabilia crimina, quae commiseram. Et pro veritate huius confirmanda, mox ut confessus fuero, a flebilis sibilu hoc meum cadaver cessabit: anima dissoluta, quae usque modo miraculose est per Virginem b. retenta.

Tunc obtulerunt ei sacerdotem; et facta confessione et absolutione, mox resoluta anima, vocis illius sonus cessavit, et tunc tam Imperator, quam omnes qui aderant, Deam et b. Virginem laudaverunt.

§. CXXXIII.

Segala Ordinis Minorum (*in artemirabili servienti b. Virg. privilegio quinto*) commemorat, quod in provincia Burgundiae erat vir quidam valde nobilis, filiam habens pulchram, quae devotioni Deiparae Virginis addictissima erat, eique suam devoverat virginitatem. Accidit autem, quod cum quidam ex nobilioribus eius servis lascivo caperetur amore, illius virginis patre longe absente, ingressus est ad eam sollicitandam; et quamvis illam ante imaginem Deiparae orantem invenisset, veneris flammis exestmans, a detestabili suo proposito minime destitit, sed virginem castissimam multifariam, multisque modis ad sibi sentiendum persuadere curabat. Ad virgo audaciam hominis exhorrescens, asperissimis verbis illum a se abiecit; quibus ille ira percitus, minatur virginem interfecturam, nisi sibi commisseretur. Illa autem pliusquam virili animo eius minas spernens, dixit, se potius mortem subituram, quam suam virginitatem violari permittendam; quo audito, ille ille in furorem versus est, ut continuo evaginatio gladio virginem ingulareret. Ad se autem postea reversus, enorme quod patraverat scelus, stupefactus, ne in manus iudicis veniret, ad avunculum suum, qui cuidam ecclesiae parochialis praepositus erat, confugio adit: invenit eum sacris vestibus indutum, ut missam maiorem celebraret; qui lugubri casu audito, monuit eum, ut in tuto loco se collocaret, donec missam perliceret. Dum haec autem agebant, Imperio Deiparae angelus caput illius virginis cum eius corpore copulavit; et ad vitam revocata, mansit in eius collo signum quoddam, instar aurei filii, totum collum undique cingens, et protinus, ab ea audito ultimo pulsu campanae ad audiendam missam, ut de more habebat, perexit. Presbytero vero, ut fieri consuevit, ad populum converso, ut acciperet ab eo oblata, inter alias foeminas virgo illa accessit ad faciendam suam oblationem; quam ille aspiciens, perterritus, phantasma se videre putabat, aut daemonem sibi velle illudere. Flonata autem missa continuo se sacris vestibus expolians, venit in locum, ubi aderat virgo illa, et ab ea sciscitatus, quomodo res sibi narrata se habuisset, illa totam negotii seriem ad unguem enarravit: eam autem deprecante presbytero, ut nepoti suo parceret; illa respondit, quod ad me attingere parco; Deus autem, et b. Virgo, quam sibi placuerit, satisfactionem ab eo accipiet. Tunc reus vocatus fuit, et ad virginis aspectum in genua procumbens veniam ab ea postulabat; cui illa dixit, si tu non ingressus fueris religionem aliquam, ubi de atrocissimis hisce peccatis poenitentiam agas, praedicito tibi ex

parte Dei, et b. Virginis, coelitus in te venturam vindictam experieris. At illo dicente: Ecce adsum paratus religionem sumere, quam me monueris: ingredi, inquit illa, Ordinem Minorum. Ingressus fuit, et honestam vitam in religione peragens, tandem obdormivit in Domino.

§. CXXXIV.

In revelatione sanctae Birgittae (*lib. 6. c. 97*) narratur de quodam viro illustri, qui gravior aegrotans sacerdoti confiteri volebat, pro cuius animae salute sancta Birgitta preces ad Christum fundebat, et ad aegrotum, Christi iussu, semel atque iterum suum confessarium, qui cum ad confessionem invitaret, misit; sed frustra. Tertio tandem rediit, et Christi nomine ad poenitentiam hortatus, quod Christus paratus esset ei ignoscere; tum aegrotum cum insolitis lacrymis divinitus sibi concessis dicebat, se iam sexagenarium multis sceleribus irretitum, diabolo, qui saepe ei locutus erat, homagium fecisse, et nunquam sua peccata sacerdoti confessum, nec sanctissimam Eucharistiam sumpsisse, et iam de salute sua desperasse; sed in spem veniae ex dictis sacerdotis verbis, et interiori motione Christi adductus, quater eo die confessus, et sequenti die post confessionem communicavit, et sexto die obiit, de quo Christus sanctae Birgittae dixit, eum ad purgatorium ivisse propter contumaciam, quam illi ex sua benignitate dederat, et propter meritum, inquit, Matris meae: nam licet homo iste non dilexit eam corde; tamen quia consuetudo sua fuit compati eius dolori, quoties eam considerabat, et audiebat nominare, ideo compendium salutis suae invenit, et salvatus erit; haec in illa revelatione. Ex quo collige, tenuae erga Virginem obsequium quantum boni praestet hominibus.

§. CXXXV.

Nec silentio involvendum est exemplum quoddam Dionysii Carthusiani (*in serm. 2. de Ass.*), in quo Deiparae benignitas erga defunctorum animas, in purgatorio cruciatas, perspicue cernitur: Duo, inquit, socii erant se invicem diligentes, quorum unus circa festum omnium Sanctorum defunctus est; alius vero continuus fletibus se affligens, nihil pro defuncto oravit, cui post festum natalivatis Christi, defunctus apparuit, dicens: nihil mihi profecisset solum plorando, et quasi impropereans ei fletum: Ecce, inquit, beatissima Virgo Maria singulis annis in festo natalivatis Christi, ad purgatorii loca, cum multitudinem angelorum descendit, et multas inde animas eripit, quoniam in nocte solemnitate illius Christum regem gloriae peperit: cumque in proxima natalivatis Christi solemnitate descenderet, et multas eriperet animas, sperabam, quod precibus tuis fuisset me etiam eductura, sed non fecit. Verum quo-

nam proxima nocte Dominicae Resurrectionis solet descendere ad Purgatorium pro educatione animarum, eo quod Christus nocte illa sanctos de limbo eduxit, rogo, ne cesses pro me cum lacrymis exorare, ut me illa nocte digneretur eripere; et in hoc scies te exaudatum, si tibi ultra non apparuero. Et quia defunctus ille ad viventem non rediit, creditur per Virginem gloriosam nocte illa ereptus. Ex hoc quoque exemplo docentur fideles pro amicis suis defunctis magis orare, quam flere, nisi pro illorum liberatione fleant, orando; haec Carthusianus.

§. CXXXVI.

Ex variis auctoribus refert, quae sequuntur, Spinellus (*de Maria Deipara cap. 16*): Quo tempore Henricus imperator, eius nominis IV. ab anno millesimo centesimo undecimo, in Paschalem secundum Summum Pontificem, propter investituras Episcoporum, quas vi ab eo extorquere conatus est, arma suscepit, magnae cladis Orbi, praesertim Germaniae, Longobardiae, populisque Imperio subiectis, qui magna ex parte Imperatori consentientes, divinitus sunt illatae, quas per singulos annos Sigibertus, et is, qui anno 1013. eius historiam esse persecutus, commemorat: eas nos brevissime indicabimus, ut opportuno Deiparae auxilium magis enteat. Anno, inquit, 1112. Deo peccatis hominum offensa, multa eveniunt. In monte Castrii loco ecclesia s. Valdefridus cum toto pene oppido arsit, ecclesia s. Michaelis de periculo maris fulgurata divinitus arsit, cum aedificiis appendentiibus sibi; ita Sigibertus. Sed Naclerus uberius: Tertio, inquit, notas lanuaris anno 1112, tantus terrae motus suboritur ante inauditus, nam multae ecclesiae, et civitates inde subversae sunt. Leodium aquarum vi immensas cladem est passa: visae sunt sanguineae nubes, magnum incipientes hominibus terrorem. Eodem anno die 3. Ianuarii terrae motus oppidum Rotemburgense, super Neccarum in Suetia, totaliter destructum est. Anno Domini 1113, in pago Braccarensi circa Tornacum nix tanta cecidit 9. Kalend. Maii, ut etiam sylvas frangeret. Apud Ravensannam, et Parmam in agris, et infra moenia sanguis etiam cecidit Iunio mense, anno 1117. 3. Idus Decembris ad mediam noctem incendentibus stellis, coelo sereno, 14. Iunae eclipsis facta est, et contracto Orbe multae coloribus, sed maxime sanguineae pene integra hora suffusa est. 13. Kalend. Ian. prima hora noctis igneae acies a Septentrione in Orientem in coelo apparuerunt, deinde per totum coelum sparse, plurima noctis parte, videntibus, miraculo et stupori fuerunt; haec Naclerus: ubi illud adnotandum, eclipsim hanc praeter omnem naturae ordinem evenisse, cum nominis 15 die ex Astrologorum demonstrationibus contingere possit. Baronius vero (*tom. 12. Annal. ad annum 1117*), ex Rogero in Annalibus Anglicanis sic habet: Apud Longobardiam, magno terrae motu facto, et ut testati sunt,

qui novero 40, dierum spatio durante, plurima domorum aedificia corruerunt, et quod visu dictaque constat mirabile, villa quaedam praegrans mota est repente de statu proprio, iamque ab omnibus in loco longe remoto consistere cernitur. Mediolani viri patriae dignitatis, dum de republica tractantes, sub una residerent turri, auribus omnium vox foris insonuit, unum ex illis nomine vocans, et festinat exire rogans: quo tardante, persona quaedam apparuit, quae vocatum virum, ut egrederetur, prece obtinuit. Exente illo, turris repente cecidit, et omnes qui ibidem erant, casu miserabili oppressi; haec Rogerius. Ceterum in tot, tantisque cladibus in tanta prodigiorum multitudine ac varietate, quae ingentem, prolixamque Dei ulionem, ac mundi finem adesse nuntiabantur, piissima ac benignissima Dei Genitrix, peccatorum advocata, apud Christum summum iudicem, multorumque seclerum, quae in mundo tunc grassabantur, iustum vindicem sua intercessione, se veluti murum firmissimum opposuit: quod quidem grandi miraculo Deus mundo testatum esse voluit, auctore Dodechino Germano, qui circa haec tempora vixit, cuius haec sunt verba: Anno 1117. in octava sancti Iohannis evangelistae terrae motus bis inter diem, et noctem tam terribilis per totum Orbem terrarum factus est, ut multa aedificia corruerent, et homines vix effugerent; sed maxime in Italia, ubi tam periculosus et horribilis fuit, ut manifestum Dei iudicium super se homines expectarent, cum per diversa loca Italiae, civitates, castella, villae cum hominibus inibi commorantibus, subito hiati terrae deriperent: nam et montes scissi sunt, et flumina, terra deglutiente exsiccata sunt, ut qui vellent, pedibus transire possent. Nec non fluvius Padus de alveo suo se erigens, in modum fornacis, in altum se extulit, ut via pateret inter aquam, et terram, et aperte daretur intelligi, quod elatis fluctibus mundo exitum minaretur, cum sic diutius aqua penderet: tandem in semetipsum tanto sonitu demittitur, ut murmur illius per millia audiretur. His tam mirandis, tanquam tremendis signis circumquaque divulgatis, et tribus diebus in ieiuniis, et orationibus per totam Italiam ab omnibus peractis, apud Cremonam quidam infantulus, in cuius facibus, panis obstrictus, in primam loquendi vocem contra naturam os aperuit, matremque suam escas parantem fratri suo maiori, qui plorando panem petiverat, a corporis curis compescuit, asserens, sibi visam Dei Genitricem Mariam, ante tribunal Christi stantem, instantissimisque precibus pro iudicio, quod mundo propter peccata sua dare intenderat, ipsi supplicanti, ac post haec depositi eloquium, usque ad tempus humanae conditioni congruum. Haec autem tanta et tam horribilia mirabilia hi, qui viderunt pericula mortis, vix evaserunt, et non sunt compuncti, nec gratias egerunt Deo pro evasione sua; qui vero audierunt tam stupendum signum, non glorificaverunt Deum, sed indurati in malitiis suis maiora peccata prioribus addiderunt: nam hoc eodem anno multa perpetrata mala, coniurationes iniustae, incendia,

homicidia, concremationes ecclesiarum, et abstractiones honorum inibi Deo servitium; sed maxime in partibus Galliae, ubi cives contra cives consurgunt, et sibi non consentientes capiunt civitates, castella, domus, villas destruunt, incendunt, homines non humano, sed pecudum more dilaniant atque intermunt. Bis etiam hoc anno eclipsis lunae facta est, scilicet 16. Kalend. Iulii, et tertio Idus Decembris. Mirabile quoque signum 17. Kal. Ianuarii in coelo apparuit, variis coloribus permixtum; haec ille. Quae omnia Thomas Bozjus de signis Ecclesiae (*lib. 24. cap. 5*) non minus pie, quam erudite persequitur. Cum autem illius aetatis homines minime respicerent, nam inter alias Henricus IV. anno 1118. Burdunum Antipapam, Gregorium VIII. vocatum, contra Gelasium Secundum Paschalis successorem verum Pontificem erexit, novis cladibus sunt afflicti, ut videre est in appendice ad Sigibertum; siquidem praeter terrae motus, fulmina, procellas, quae anno 1118. saevierunt, Mosa fluvius iuxta Abbatiam, quae dicitur Sustula, quasi pendens in aere, fundum suum visus est deseruisse; haec ibi. Ceterum infantem eo anno locutum memorat etiam Sigonius (*lib. 10. de Reg. Italiae ad annum 1117*) his verbis: Tertio nonas Ianuarias, Italia inaudito ante multa saecula terrae motu concussa est, quippe eius impetu moenia, templa, turresque urbium passim cum ingenti mortalium strage procuberunt, fontes turbati, templorum lampades, nullo impellente ventorum flatu, per aera latae; praecipue Parmae nova Basilica, Veronae aedificiorum pars maxima corruit. Hiatus item terrae in illis partibus ingentes apparuerunt, et arbores radicibus evulsae sunt. Infans locutus tristia, ac portentosa quaedam enunciauit, qui etiam 3. Kal. Februarii tremenda tonitrua, ac fulgura, quae nulla hominum meminerat aetas, creberrima immissa grandine, mortalium auribus, oculisque obiecta, rem in eam religionem adduxerunt, ut dirae aliquid calamitatis impendere homines suspensis mentibus pertimescerent; quodque pavore animis maiorem inaciebat, eadem prodigia, ac multo tristiora ex Germania nuntiabantur; haec Sigonius. Atque haec de visione Deiparae pro mundo obsecrantis anno 1117, dicta sunt; nunc ad reliqua transeamus.

§. CXXXVII.

Caesarius Ordinis Cisterciensis, qui anno Domini 1222. insigne opus de miraculis conscripsit (*in lib. 7. cap. 2*) narrat in quadam ecclesia suae Provinciae suo tempore, dum populus sacrosanctae missae sacrificio interesset, Dei Genitricis imaginem tam vehementer insudasse, ut omnes mirarentur, et sudoris guttae matronarum peplis exurgerent. Quae de re interrogatus quidam a daemone obsessus, hoc respondit: Quid statis, inquit, mirantes? filius Mariae manum extendat ad ferendum, quam

si ipsa non tenuisset, mundus iam minime subsisteret: ecce haec est causa sudoris; et audientes omnes territi sunt; haec ibi. Idem Caesarius (*lib. 12. mirac. cap. 58*) scribit, accepisse se ab Abbatibus Cisterciensibus, ex Capitulo generali revertentibus, eodem anno, quod haec scribebat, Wilhelmum quemdam Monachum Ordinis Cisterciensis, in Claravalle, cui multa divinitus revelabantur, dum oraret, raptum in mentis excessu ad Christi tribunal, ad cuius dexteram angelus cum tuba stabat, qui iussus est a Christo clangere, eiusque sonitu mundus totus non secus ac folium in arbore contremuit: cumque secundo clangere iuberetur, Mater misericordiae Deipara, sciens, si secundo tubam angelus insonaret, mundum consummandum, ceteris Sanctis tacentibus, surgens, ad Christi pedes accedit, et ut sententiam differret, ac mundo parceret, enixius orabat. At Christus Dominus mundum adeo in maligno positum dicebat, et ut laici, et ecclesiastici, tum clerici, tum monachi suis peccatis em irritarent; ideoque sententiam differendam non esse. At Virgo Mater sanctissima instabat, ut parceret saltem propter Cistercienses suos devotos; haec Caesarius. His consonat visio illa, quae per quietem obiecta est cuidam novitio ex Ordine Praedicatorum Spoleti, quam refert s. Antonius (*3. part. hist. tit. 23. cap. 5. §. 3*). Videbatur enim sibi videre Christum tanquam iratum, in maiestate sedentem, in alia vero sede collocatam Virginem gloriosam, quibus innumerabiles angelorum, et Sanctorum multitudo aderat; cumque Christus praecipisset legi bona mundi, quae quidem inventa sunt paene, similiter et legi mala, quae praenimia multitudine audire fastidivit; subito, inquit sanctus Antonius, totum mundum, tanquam pallam unam, Christus furioso arripuit, cumque inferius cum impetu magno proiciens, dixit: Cum iudicatur, exeat condemnatus. Quod cum praedictus novitius tremebundus aspiceret, voce magna exclamavit, dicens: Sancta Maria succurre miseris. Ad cuius voces profusus pia Virgo Maria surrexit, et proiectum mundum propria manu recollegit, et dixit: Sine fili mundum, quem proprio sanguine redemisti, adhuc iudicare, quia iam nisi praedictores meos, ut mundum ad te revocarent; haec s. Antonius; qui etiam addit, ad virginem illius novitii terrae motum subsequutum fuisse in ea urbe, ita ut plurima aedificia corruerint, et homines, et mulieres ea nocte de civitate exierint, et Fratres ad vocem illius accurrentes, cum penitus quasi insensibilem invenerunt: quam visionem magistro suo in hora mortis narravit, et in ipso novitatu in magno spiritus fervore animam Deo reddidit; haec ex s. Antonino.

§. CXXXVIII.

Idem s. Antonius (*4. part. summ. tit. 15. cap. 2*) refert admirabilem quandam Deiparae apparitionem, quae orbi terrarum periclitanti, ac summo pere laboranti subvenisse se perspi-

cue declaravit. Cum enim anno Domini 1399. Christus Dominus, propter hominum scelera, universum terrarum orbem, in tres partes dissectum, quasi delere in animum indixisset, in cuius rei signum iussert quendam rusticum tres panes, quos habebat, in fontem immergere, Virgo sanctissima in specie venerabilis cuiusdam matronae ei se ostendit ad fontem illum, prohibuitque quo minus eos immergeret. Verum ille iterum, ac tertio rediit ad Christum, a quo demergere illos iubebatur: tandem uno in aquam demerso, reliquos, iussu Virginis, reservavit, quae nimirum suis precibus filium a suscepto consilio, sententiaque dimoverat. Mox rei totius significationem rusticus aperuit, eique mandavit, ut ad filii iram mitigandam, ubique supplicationes insisterentur ab hominibus candidis lineis indutis, et ut omnes et peccatorum coeno per penitentiam emergerent, atque ad bonam se frugem reciperent; quod cum ille ubique evulgasset, tantus animorum consensus est motus, tanta morum, vitaeque mutatio, ut idem s. Antonius (*3. part. hist. tit. 22. cap. 3. §. 32*) fuisse illa referat: narrat enim omnes mares, et foeminas, laicos, clericos, et religiosos huiusmodi supplicationes instituisse, ieiuniis, et precibus per eos dies vacasse, dissidentium animos reconciliatis, sacrae confessionis, et Eucharistiae sacramenta crebris usurpata, et similia pietatis signa edita; additque rem fuisse prorsus mirandam, et quasi incredibilem: Nisi, inquit, oculis nostris vidissemus. Veram porro fuisse hanc visionem fructus animorum ex illa consecutus, quo homines ad imminente mortem praepararentur, declaravit: anno enim sequenti, qui fuit 1400. pestis ubique grassata, tertiam fere hominum partem absumpsisse dicitur; haec s. Antonius.

§. CXXXIX.

Caesarius Monachus in valle s. Petri: Beatissimam Virginem Mariam tantopere dilexit Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus, ut ad eius laudem quartis quibusque feriis ieiunaret; et cum iam esset electus Antistes, negotiis impediri non potuit, quomodo eadem Virginem sacram in sublimi raptam sitam, Amatoris saxum vulgus appellabat, amoris divini flammis incensus inviseret. Religiosis hominibus tantum honorem habebat, ut longe apparentibus, quamvis ignotis, assurgeret, quos ipso ita alloquebatur verecunde, ut eorum famulus esse videretur. Sacerdotes egenos de sua scutella sorbere, de patina edere, deque poculo bibere vel repugantes, invitosque cogebat. Qui enim beatissimae Virginis verus, et perfectus est cultor, in eo humilitatem excellentem invenire necesse est, praegrandemque virtutem, cuius fuit magistra Deipara.

§. CXL.

Iacobus Vitriacus cardinalis episcopus mul-
tae doctrinae de vita huius Mariae refert: Ma-
ria Virginis templum, ad duo milliaria dis-
situm Oegniacensis Maria nudis pedibus, sae-
vissima rigeret hyme, quotannis invecbat.
Quod ubi flexuosum, ac difficile, sibique igno-
tum, una ancilla comite, sine ullo errore,
praevio divino lumine, fecisse dicitur. Et qui-
dem illo peregrinationis die nihil cibi degu-
stabat. Ubi pervenisset eo, totam noctem in
aede Virginis vigil et precans exagebat. Die po-
stero ad vesperam ieiuna perstabat. Reverte-
batur domum, nullo neque incommodo cor-
poris, neque itineris de via deflexit, reducen-
tibus eam angelis, quod credere par est, ac
dextra, laevaque cingentibus. Quod si forte plu-
via impenderet, vestigie nulla suppleret,
quae imbres posset excipere, in coelum sus-
piciens stellas quasdam videbat, quasi mori-
geras, quibus pluviam avertentibus, inter ef-
fusus imbres, sicis vestibus, et pluvia inta-
ctis, ad proprias aedes remigrabat. Intra lu-
cis, tenebrarumque decursum, quo naturalis
dies spatium, orbisque conficitur, millies, et
centies genua inflectens, Virginem saluabat,
deinde psalterium totum stans perlegebat, et
ad singulos psalmos, plicatis genibus, beatis-
simae Virgini salutationem angelicam offere-
bat. Religiosae cuidam viduae aegrotanti, beatis-
simam Dei Matrem assidentem vidit, et quasi
flabello caloris aestum quo fatigabatur, hu-
manissime refrigerantem. Cumque ex huius ip-
sius viduae infirmissimo corpore anima felix
exisset, eandem Dei Matrem vidit, et stipulam
virginibus, quae in choros diviso psallebant,
et corpus circumluminabant, exequias celebra-
ntem, mortaliique presbytero, viduae funus facie-
nte, summum quoque sacerdotem Christum,
cum coelestium comitatu, eidem viduae pa-
rentantem aspexit, militanti huic nostrae Ec-
clesiae consonante illa, quae gloriosa in coe-
lo triumphat. Quidam sacerdos, a medicis
desperatus, ad Oegniacensis Mariae preces con-
fugerat, ipsaque nocte in somnis videre sibi
visus est presbyter ille Dei Matrem ad se ve-
nientem, qua recedente, convaluit. Pro quo-
dam concionatore, quem in tanto, talique
munere perfectum esse cupiebat, Deum, beatis-
simamque Virginem aliquot diebus preca-
batur, illoque ipso, verba ad populum facien-
te, Dei haec ancilla, domi suae, centenas sa-
lutationes dicebat angelicas. Morti vicina tri-
dulum, clara, contemplateque voce cantare non
intermisit, atque Deiparae angelorum, et caeli-
tium ceterorum laudes, cygnea voce modula-
ri. Quin et sancta sensa Scripturae cum nu-
mero, et metro canebat, neque, dum senten-
tia occurreret, carmenve metrica lege conclu-
deret, expectabat. Omnia tum composita, tum
disposita in mentem veniebant, optimorumque
versuum ingentem numerum fundebat ex tem-
pore. Fuitque triduanus hic cantus, neque die-
bus, neque noctibus interruptus, perpetuae in
coelo modulationis initium.

§. CXLII.

Sar. de vitis ss. mensis Maii: Annum ge-
neris aetatis suae tertium, matrem Bernardinus
amisit, cum pater Tollus, et Diana matertera,
pro aetulae illius capti, bonis moribus in-
formabant, inque tenerissimi pueri animo sa-
crosanctae Virginis pietatem, et religionem in-
serere conabantur. Cum vero triennio post et
ipse pater obiisset, Diana utriusque parentis
curam munusque supplere, orbisque puerum
religiosissimis praeceptis, ac monitis erudit;
utque sanctissimam Dei Matrem intimo amo-
re diligeret, totisque viribus honoraret, ac co-
leret, hortari non destitit. Monita Bernardinus
haud surdis accepit auribus, et Virginem sa-
cratissimam religione coluit singulari; cuius
imaginem, quae extra Senensis urbis portam
nomine Camolliam insigni pictura fulgebat, die-
bus singulis invisens, beatissimae angelorum
Reginae ferventissimis se precibus commen-
dabat. Eius amore se captum dicebat, in ea
proxime, et secundum praepotentem Deum
spem omnem, atque fiduciam collocabat, illam
se quaerere, optare, expetere, et quae in ter-
ris videre non posset, desiderii lenientia cau-
sa, eius effugium frequenter visitare. Huius hi-
storiae scriptor Bernardinus apud Surium de
concionante Bernardino narrat se audivisse,
cum diceret: Ego Bernardinus beatissimae Vir-
ginis me totum ab ineunte aetate devovi, in
eius natalitibus feriis natus, baptizatus sum: illo
ipso recurrente die monasticum habitum, com-
pletis annis legitimae aetatis, indui, ac me
anno post solemniter divi Francisci instituti pro-
fessione devinxi, in iisdem nascentis Virginis
feriis immaculati Agni hostiam ad altare sa-
crificii incrementi primitiis immolavi: multis igitur
nomiibus sedulum Virginis me oportet
esse cultorem. Negat hic idem Bernardinus Ber-
nardini historicus, quem se audivisse, qui de
beata Virgine, ac Dei parente libentissimè, ala-
criter, ardentius, copiosius, eruditius, ac saepius
pro concione disserteret: castitatis diligentissi-
ma custodia declaravit, cuius tuncdae causa
matronae restitit in abdito, ac secreto loco vehe-
menter instanti, et ni parat, vociferaturam,
vimque sibi ab eo parari clamaturam mii-
tanti; sed auxilio tamen, subsidioque Virginis
illa se Bernardinus gessit, ut et laqueo pedem
solveret, et insidiantem, insanientemque foeminae,
seque turpiter venditanti, mederetur.

§. CXLIII.

Petrus Ribad. (lib. 3. c. 17. de vita huius Ia-
cobi): Cum in sacro Tridentino Concilio quaes-
tio illa gravissima de originali peccato, cuius
expers fuit Virgo sanctissima, agitari coep-
asset, Iacobus Lainus Soc. Iesu Antistes, seu
Praepositus generalis, et ex Romani Pontificis
doctoribus unus sententiam rogatus, quod eum
quartana febris graviter angeret, pro argumendi
dignitate loqui se posse negat; sed tamen suam
aliquid dicturum esse sententiam pollicetur,

et quam brevissime propter morbi molestiam
loquaturum. Itaque in suggestum ascendit; sed
praeter spem, et opinionem firmis lateribus a-
gione confulgit, in Virginis defen-
sione integras horas in Virginis defen-
sione consumit, quam ab omni originis vitiae
labe puram fuisse exquisitis testimoniis, rati-
onibusque disseruit. In ipso autem orationis
suae fine robustiorem se sensit, quam cum e-
xorsus esset dicere. Eam ille in tanta morbi
gravitate fortitudinem clementissimae Dei Ma-
tri referebat acceptam, pro cuius immunitate
pugnasset. Quamobrem sancta Synodus, sa-
cerque ille orbis terrae senatus, persuadente
potissimum Laino, honorifica illa de Virgine
concepta decrevit, et Sixti IV. Constitutionem
confirmavit.

§. CXLIII.

Greg. Turo. Episcop. (lib. in honorem plu-
rimorum Martyrum): Famae, et inopiae provi-
dit Deipara, atque huius vitae bona suppedit-
ta: Hierosolymis monasterium fuit beatissimae
Virginis nominis, tutelaeque devotum, etc. Im-
peratorum liberalitate clarum. Sed rerum ta-
men, ac temporum mutatione factum est, ut
monachis non modo hospitibus, et peregrinis
necessaria desesset: id cum semel atque ite-
rum accidisset, coenobitae sunt facti tristiores,
nam penuria moerorem, moeror querimoniam,
querimonia vociferationem peperit, religiosus
moribus alienam: ergo ad Abbatem curritur,
ab eo cibos exigant tumultuosius, quam dece-
ret, et famem extremamque esuriam vultu, et
voce testantur: aut provide, inquit, aut si
non potes, quemque nostrum egredi sinito, ut
alios alibi ad vitam alendam cibaria perqui-
rat. Minas admonitionibus iungunt, ac se, ni
fores laxet, Abbate inconsulto, recessuros de-
nunciant. Necessitatis imminens, ut priora,
sic etiam potiora esse iura, debere labenti na-
turae in primis esse occurrentiam, frustra di-
sciplinam requiri, ubi discrimen est vitae. De-
sperantibus, atque ex famis rabie, quae ma-
lorum extremum est, insanientibus, bonus Ab-
bas ita respondit: oremus, precemurque cha-
rissimi, et dominator ille summus accurret:
neque enim fieri poterit, ut nos triticum in e-
ius monasterio deficiat, quae mundo perenne
vitale graum ex ideo protulit virginali. Vi-
gilantibus ex praescripto Abbatis, ac tota no-
te psallentibus, mane horrea monasterii us-
que adeo tritico redundarunt, vix ut ostium
aperiri granarii posset. Longe post tempore cum
eiusdem coenobi incolae similiter cibis defec-
cissent, preces, et vigiliis Abbas indixit; cum-
que in templi virginei pavimento strati noctem
in precibus hymnis, et canticis exegissent,
post matutinas preces, et religiosas excu-
bias fessi fatigalique dormissent, ecce ibi Dei
angelus vim auri ingentem super altare consti-
tuit, templi foribus observatis. Cum autem Abbas
ad sacrificium celebrandum cum suis omnibus
surrexisset, aurumque vidisset, non quis es-
set ingressus e ianitor, quaesivit: negat iani-
tor templum cuiquam externo patuisse: quo

audito, creditoque, erat custos ipse Ilimnis sa-
cri fide dignissimus, Abbas stupore detentus est,
et monachi vehementer admirati, coelestique
munus, et in extrema inopia tale subsidium
agnoscentes, Deo, ac Deiparae ingentes gratias
agunt, habent maiores, seque perbeatos arbi-
trantur, quibus monasterii patrona talis obti-
gisset.

§. CXLVI.

Sarius (de vita Sanctorum): Quinque, et vi-
ginti annos Albertus Cuspiensis coenobii mo-
nachus in sua cella permansit, ex quibus vi-
ginti duos sine pane traduxit, herbis, radici-
busque contentus, viginti nullam omnino potum
degustavit. Reiciendis panis occasio haec
fuit. Ex perpetuis imbribus tanta aliquando,
tamque metuenda tempestas intumuit, ut in
cellula Albertus velut obsessus teneretur; cum-
que ad eum alendum pascentium contentio-
nibus pluvius penetrare nemo posset, Alberti
animus dupliciter angebatur, et quod panis
desesset vitae alimentum, et quod rem divinam
audire non posset, et panem de coelo missum
adorare nequirit. Quamobrem beatissimam,
sempernamque Virginem Mariam nocte quae-
dam auxius, et moestus appellavit, utque sibi
in tantum adducto discrimen subveniret,
supplex, humique stratus oravit. Dumque fu-
sis animo precibus fessus, ac tristis obdormis-
set, ecce per visum adeo benefica Mater cum
virginibus pulcherrimis, quos tamen coeli Re-
gina, et forma, et proceritate vincebat. Foem-
inas ut vidit, humana crudelitate ductus: Si
votus, inquit, praesensissent, ex monasterio re-
pulissem. Indignantem, et quod introgredi aus-
sae essent, acriter obiurgantem, ex monasterio
interpellat: desine frustra moveri, ego sum Dei
Genitrix, quam tam amanter invocasti, quid a
me igitur vis? cui ille: succurre mater in his,
quibus me vides egere. Hoc audio, miseri-
cordiae, et benignitatis fons, ex fonte Chris-
to, Deipara, panem in os Alberti porrexit:
quo ita recreatus, refectusque est, ut domes-
ticum hunc panem, quo vivimus, nunquam
deinceps requiserit: illa etiam de sacris non
auditis, quae animum angebat, consolante Vir-
gine, cura consedit. Rei divinae diebus festis
audiendae necessitatem temporibus meliendam,
et casibus eam tolli repentinis, qui si incidunt,
curandum esse, ut vitae sanctitas quoadmodum
altaris ac Missae supplementum. Albertum ita
vivere debere, ut eius actiones quaedam esse
sacra videantur. Virginis et ante, et post hoc
beneficium studiosius venerator Albertus cen-
tulis genitricibus diebus singulis utebatur.
Quoties autem genua curvabat, toties saluta-
tionem angelicam vultu ad pietatem, religio-
nemque composito proferebat.

§. CXLV.

Gregorius presbyter in vita, quam de suo Magistro Theodoro scripsit, narrat: Mirabilem Theodorum, Archimandritam, id est eorum Praefectum monachorum, qui in spelunca habitabant, quo mundus erat indignus, perditissimi quidam veneno perimere staterunt: quo ille imprudenter epoto, triduum sine sensu iacuit, ita ut de eius morte rumor increbesceret, quae inimicis laetitiae, amicis numero pluribus, sententia melioribus, moeroris ingentis causam erat allatura. Extremo die tertio, exanimi Theodoro beatissima Dei Mater apparuit, quae sceleratissimis, insidiosissimisque parricidis exitium comminata, Theodoro a mortis faucibus ad vitam revocato, et morbi causam, et veneni auctores patefecit, ut eos vel vitaret, si nocere poterant, vel respicientes, flagitium perlaesos, ad saniora consilia traderet; quin etiam tera Theodoro adversus toxicam medicamentam porrexit, quibus quasi pilulis affectam bilem purgaret, comede, inquam, et nihil mali residuit in venis, quod te magno opere turbare queat. Theodorus mortifero somno solutus grates egit servatori Christo, atque eius parenti funestae acritudinis curatrici. Amicis qui gratulatum deinde venerant, deliqui causam, morbiq; deiecit; veneni tamen spargendos artifices nequaquam nominavit, quos ut ulcisceretur, tantum abfuit, ut eorum potius salutem assiduis precibus immortalis Deo commendaret: tales enim vel esse, vel fieri necesse est, quibus se Dei benignissima Mater ostendit, quam Theodorus et ante, et post hanc mirabilem sanitatem summis olebat honoribus, in eiusque vel monasterio, vel oratorio, quantum poterat, morabatur; quos autem curasset, vel curaturus esset, in Mariae Virginis sacello preces fundere iubebat, et gratulabundus permanere. Et cum aliquando quadragesimam in Deiparae monasterio suo more traderet, monachus nomine Dionysius horrei custos ad eum venit moestus, quod triticum defecisset; cui Theodorus, farinae, inquit, reliquias in vasculum coniectas, atque collectas affer ad me: facit extemplo. Tum Theodorus, animadversa ciborum paucitate, precatus est Deum, ut et moachis, et hospitibus, qui plurimi convenire solebant, agebantur ramorum feriae, quas externi frequentabant, praebere dignaretur annonam. Deinde ad Dionysium conversus, farinae, inquit, vasculum super altare sanctissimae Virginis ponito, Deus nobis, remitte istam curam de pecore, suppedabit alimenta. Postridie quam haec Theodorus praedixerat, triginta Cypreae nares onustae frumento ad monasterium appulerunt. Eidem Sozopolitanam Mariae Virginis aedem ingressuro, ubi divino munere oleum ex sanctissimae Deiparentis manabat imagine, daemon ex emergenti paralytico ore convitia querelis mista iactabat. Ille, daemone obiurgato, paralyticum in ipso templi aditu, et signo crucis, et oratione sanavit. Post in celeberrimam Christi Matris aedem intravit, olei fluentis fama perhibilem: ibi manibus in

crucis figuram expansis, suas sacrosanctae Virgini preces suppliciter offerebat, et in salutaris, atque olivifera Dei Matris imagine oculorum aciem defigebat, cum repente oleum effervescens in Theodori oculos iaculando resillivit, orantisque faciem, lumineque conspersit, iis, qui viderant, acclamantibus, magnum Dei esse servum Theodorum.

§. CXLVI.

Pratum Spirituale (cap. 27): Alexandriensis quidam civis praecis illis temporibus vixit, qui pietate erga Deum, beneficentia adversus egenos, maxime praestitit. Idem monachos hospitio accipiebat, benigneque tractabat. Erat huic uxor cum aliis virtutibus, tum vel maxime christiana modestia, et quotidiano clara ieiunio. Habebat filiam sexennem, dulce pignus amorum, communique vinculum. Et cum Constantinopolim negotiandi causa marito necessarium iter instaret, quo expeditior esset, domi uxorem relinquit, et filiam, iis tamen servum addidit, qui domestico famulatu suae dominae solitudinem redderet leviozem. Consensu iam nave, discedentem maritum uxor blande compellans: Cui vos, inquit, amice commendas; Dominae nostrae, excipit ille, Deiparaeque sanctissimae te, et filiam tuam supplex, gemensque commisi, secuta eslo, nihil mali patiere. Interim non longo intervallo, cum die quadam pia coniux de more quieta sederet, et manibus laboraret, ipsaque adesset matri puellula, nequam ille servus, daemone subdente faces, in animum induxit matrem, et filiam perneicare, compilateque domo aufugere; igitur, sumpto ex culina cultro, se ad matris, et filiae secretum conclave proripuit. Ut autem ianua eius cubiculi, ubi erat hera, subit, subita caecitate impeditur, quominus et in matris, et filiae recessum penetret, et ad culinam revertatur. Cumque hora perstitisset, ac frustra pedem inferre conatus esset, heram vocat, utque gradum acceleret, incunctanter exclamat: illa, quod tandiu in ostio consisteret admirata, caecitatisque inscia, tu potius accede, respondet. Miser servus suum illud, veni hora, congeminat, et Dominam gravi obstinatione compellat: illa se iterum surrecturam pernegat. Servus religiosus observationibus Dominam ut accedat, urgere persistit: iurat matrona, sui se fore persimilem, insolentia, ac novitate offensa. Saltem huc mitte puellam: nequaquam, sed ipse veni, si quid forte opus est, vel ista in insueto otio effaturo desinito. Servus ubi nihil profici videt, cultro se percaecat, et cadit vulneratus: exclamat, vociferaturque matrona, facinore exterrita, cuius praesaga non fuerat. Accurrit partim a vicinis, partim ab ipsis urbani praetoris ministris. Qui cum de servo expirante rem omnem comprehissent, Deum immortalem summum laudum praeconiis extulerunt, qui matrem, et filiam Deiparae conceditis, atque commissas servavisset.

§. CXLVII.

Ioannes Eviratus (in *prat. spirit. cap. 62*): Monachorum pater Leontius, sanctae Dei Genitricis obsequio delitissimus, annos quadraginta ab eius nunquam templo recessit, constantiam, et pietatem remunerante Deipara; fuit enim mirae gravitatis, et sui custodia persistens, quas virtutes mira quadam modestia condiebat: nam erga egenos misericors, qui et pauper esset, et caecus ei eleemosynam porrigebat: sin autem, qui egebat, oculis captus non esset, stipem in loco ponebat, unde inops acciperet, visanque desumeret, videlicet, aut in scamno, aut in basi ipsa columnae, aut in sacelli gradibus propalam collocabat. Interrogatus a quadam senex, cur non sua manu esset misericors, respondit non esse, qui daret, sed Virginem templi patronam, egenorumque furtivum: ita gloriae illius contemptor fuit, quam bene merendo homines consequuntur, et Virginem honoravit, cui, quod dabatur, attribuit: etenim Deiparae laudem quaerebat, spectabatque Leontius, a qua virtutibus orabatur.

§. CXLVIII.

Honorius (serm. 1. de Assumpt.), Petrus Damianus (serm. 1. de Nativ. Virg.): Iustiniano Imperatore, Theophilus floruit Ecclesiae oecumenus, vel ut alii, Archidiaconus Adonae urbis in Sicilia, cuius tanta erat vel gratia, vel sanctitas, ut mortuo urbis illius Episcopo, populi universi consensu ad Pontificatum sit Theophilus postulatus: quod lamen ille munus constantissime repudiavit, negans eum se esse, qui Ecclesiam gubernare posset, et gregi commisso commode providere. Quoniam virtutis, et quae virtulem, velut umbra corpus, sequitur gloriae comes, solet esse invidia, Theophilus ab inimicis, et adversariis iniuste accusatus, et falsis criminibus circumventus, de illo est oeconomiae deiectus officio, quem dignum episcopatu paulo ante populus indicasset. Theophilus non tulit iniuriam, quam Christi, et Sanctorum exemplo ferre debuisset, in eamque efferat animi rabiem, impotentiamque devenit, ut hortante quodam Iudaeo magiae dedito, a Christo, eiusque Matre purissima, syngrapha data, defecerit, et sacrosanctae fidei catholicae desertorem publicum egerit, ac se totum imperio satanae devoverit, quem satanam oculis vidit perdidissus, quem diximus Iudaei artibus exitum, et nefaris cantionibus evocatum. Quid agat miser Theophilus, quondam tam fortis, et abstinent, thiarumque pontificiae contemptor, nunc inimum miserae fundum, barathrumque deiectus? aestuat, furit, insanit, nullo in loco consistit: in tantis angoribus, tantaque animi perturbatione nubo coclo consequente, paulisper ad Dei Matrem confugere statuit, quae desperatissimis quibusque morbis, ac malis mederi consuevit. Ubi in templum Mariae perpetuae virginis sacrum intravit, ieiunius corpus attrivit, misericordiaeque parenti

preces obtulit, animo coepit esse meliore. Verba haec fuere Theophilii deplorantis, flagitium agnoscantis, et Virginem appellantis: Domina mea, solatium meum, spes unica mea, cui angelus benedixit, humani tulata generis, et omnium, quotquot ad te confugimus, portus, et anchora, fave, succurre, solvemi, moque omnium, quae terra tunc longe deterrimum, miserare? seio equidem, quanto me facinore obstrinxerim, qualem et tibi, et ex te genito filio iniuriam intulerim, gravissimam terrimumque sceleris reum me esse confiteor, sed infimo animi sensu dolentem, gentemque, perfidiam execrantem Deipara suscipe, tuo me filio siste, ubi conservatoris mei Christi iratum animum ad benevolentiam, lenitateque deduxerit, qui nunquam sinit se a sua matre frustra exorari: miserum Theophilii preces exaudi, quem veterator premit antiquus, tenet captivum. Flet, eintaque detestandi foederis recordatione Theophilus, querelis omnia complet, atque suspiris, faciem verberat, humi cubat, et in virgine templi icicibus haeret pavimento, ad Dei parentis conversum effugiem, te, inquit, mater alma, quam ista nobis proponit imago, te proxime, et secundum Deum aditricem et advocatam, qui peccavimus, habemus, ad te aspiciens inlaeta illa servavo atque integra, quae tibi vota nuncupo: neque enim post Deum remedium quaerere potest aliunde, nisi a te, quae sola restas, ut nobis sis saluti, quos angit sceleris conscientia gravissimi. In hac Virginitate aede sanctissimae dies Theophilus quadragesima permansit, nullumque orandi, lamentandi, patrociniūque Mariae Virginis implorandi finem faciebat. Tandem verberum, precationis, ieiunii, perseverantisque fiduciae fructus apparuit: nam Theophilii lacrymosae preces ita Virgine exoravit, ut nefarium illud chirographum, quod sua manu Theophilus exararat, sigillo consignarat, daemoneque tradiderat, de manu deceptoris extortum Virgine adjuvante receperit, melunque posuerit: tabellis namque, ut aiunt, obsignatis cum Theophilo agere, et cum chirographo convincere tenebrosos iam ille non poterat; posteaquam ad Theophilum schedae rediit, in qua fidei horribilis, nefarique infanticio legebatur. Cumque animi vere poenitentis documenta dedisset, et per Episcopum reconciliatus esset Ecclesiae, eo sanctitatis, celsitudinisque pervenit, ut in Sanctorum numerum relatus adscriptisque sit.

§. CXLIX.

Thomas Campensis (*lib. de vit. Lubert. hui.*): Cum pestilentia in Belgio quam plurimos stravisset. Dei permisso, etiam Lubertum virum doctum et pium Deiparae Virginis amatorem vulneravit: ille qua erat pietate, et religione sese comparat ad bene et beate moriendum, litterasque ad amicos dat, hortans, ut ad expiatorium ignem ardentemque illas flammis proficiscenti, sibi subveniant: sacrificia, praesque pro mortuis et privata orandi, placandique Dei officia poposcit, nihique omisit ex

is, quae iter illud facientibus salutaria esse et opportuna solent. Fratres suos, et convictores domesticos advocavit, quibus astantibus pro erralorum venia in genua procumbens, supplicavit, si quid offensisset, sibi ab eo, qui laesus aut esset, aut sibi videretur offensus, remitti postulavit: a publica scelerum et confessione, et enumeratione, quae videlicet, antequam se in religiosam disciplinam dedit, in libero mundo et perfidae aetatis aestu commiserat, minime temperavit, Fratresque suos ad fletus et lacrymas tanto, tamque insolito demissionis exemplo promovit. Florentio suo in Christo patri, et verae magistro philosophiae, qui tum forte aberat, se per litteras commendavit, quas sui accusationibus, criminacionibus, convitiisque complevit. Quid ego membrorum debilitatem, animi angores, in tam dira Iue morbi, cruciamenta, horrores et spectata commemorem? Nam diabolus sub persona cuiusdam fratris et collegae, qui paulo ante e vita migrarat, in variis erroribus Lubertum inducere conabatur. At Lubertus in re tali sanctissimam Dei Matrem, cui erat deditissima, frequenter implorabat. Hieronymum etiam, Pamphilem Gregorium, quos intimis amabat affectibus, quosque inde a pueritia patronos elegerat, sibi adesse petivit. Instat daemon terretimus, inque uno Deo spem omnem defigi oportere. Mariam, ceterosque coelestes invocari non debere, ad morientis aures insurrexit. Psalmodumque vocalem usum, quo se moriens precabatur, Lutheri pater, et mendaciorum architectus dissuadet. Quae de Virgine Maria, de Sanctis, quae Psalmodum interdieto impudentissimè mentitus est daemon, Lubertus minime tulit, qualemque consiliarium nactus esset, ex protervitate verborum intellexit, veteratoreque cum convitiis repulso, a David coram versuum prononciatione non destitit. Virginem Virginum, cuius erat amantissimus, multo inclamavit ardentius: Hieronymum, et Gregorium appellavit alacrius. Tempestatem sequuta tranquillitas est, et beatissimae Matris, quod expetierat, sensit auxilium, mortisque posito metu, cupiebat dissolvi, et esse cum Christo. Cuiusmodi hora iam appropinquasset, quam vehementer optaverat, se ipse crexit, nemine fulciente, manusque supplices tendens, illa exclamavit: in gloria, in bonitate tua, in misericordia suscipe. Mirabiliaque se vidisse professus, Mariam credo adiutricem, tutoreque angelos, coram suis Fratribus animam emisit, et in Domino feliciter obdormivit.

§. CL.

Hieronymus Platus (*de bon. stat. relig. lib. 2. cap. 33.*) Magnus etiam fuit per ea tempora Hermannus, cognomento Contractus, cuius doctrina eo admirabilior fuit, quod etiam insigni miraculo adeptus est: ita enim scriptum est, hunc in Suevia ex nobili Comite ortum, ab inenite aetate omnibus membris captum fuisse, atque ob eam causam nomen illud, quod diximus, Contracti accepisse; quare cum mo-

nachus factus esset, multis precibus beatam Virginem rogare instituit, ut se eo morbo liberaret. Illa vero clara luce se ei visendam praebens, optionem obtulit, utrum et duobus mallet, sanus ne fieri, sed ut erat rudis, et indoctus permanere, an perseverare in morbo, et in omnibus scientiis insignis evadere. Cum autem Hermannus, ut debebat, hoc posterius praeterisset, ab eo tempore mirabilis progressus in omni genere literarum facere coepit, adeo ut neminem in his superiorum, etiam aequalem habere crederetur: ac nominatim tres linguas, Latinam, Graecam, Hebraicam ita callere, ac si in eis natus esset. Itaque etiam illud addidit, valde eum semper devotum fuisse Deiparae Virgini, eiusque opus esse antiphonam illam, Salve Regina, ita celebrem in omni officio Ecclesiastico decantare.

§. CLI.

Thomas Campensis (*lib. de illustribus Florenti discipulis*): Beatissimam Virginem Arnoldus Hollandus studiosissime coluit, quam ob causam matutinas Deiparae preces antequam tempore recitabat, sonante horologio eandem verbis salutabat angelicis. Pietatis fructus castitate integro consistuit, et petendae ac retinendae religionis constantia mirabili. Cum enim suis aequalibus et religiose cuiusdam familiariae, ad quam aspirabat, sese rectori valde probasset, tamen praefectus explorandae consilio virtutis, periclitandaque patientiae, cum, qui laqueum secreti, quique iuvenes, senesque permulso verbis, et factis, a vitae bonitate ad Christi obedientiam traduxisset, apud ludum magistrum formare litteras iubet, versarique cum pueris. Arnoldus boni patris obsequio imperio, scribendi artem, quasi nihil omnino sciret, denuo coepit addiscere. Dum quietae vitae petitor est, et religionis candidatus, omnia Christianae pietatis praestat officia: nam quotidiana vel lectio, vel scriptio in schola futurae puerili orationem praemittebat, quodque opus precationem inchoarat, precatione clauderebat, aut ante et post quotidianum illud scribendi pensum in aedem sacram oraturus intrabat. nihilque, quamvis minimum, scienter omitebat. Ergo Deo charus, et hominibus, annique tentatus, et exercitatus spatio, annuente rectoris Florentio viro sancto in Davenportiensi collegium, vitae perfectae illa tempestate domicilium admittitur. Quo optato impetrato, Arnoldus quasi denuo conversus, longe in Dei obsequio processit: illud idem velle ac nolle semper est visus, quod Rector ipse vellet, aut nollet. Florentii sui moderatoris omnia et dicta, et facta meminerat mirabatur, observabat. Senex, proveculaeque aetatis, pueri cui flexibilitas est animus, cum facilitate, tum maxime simplicitate pollebat. Suspicionibus indiciis vitabatur, nec quae vitiosa, tetraque vidisset, de illis temere quidquam stantebat. Infimum locum libentissime tenuit, terrae imitatione, quae et imo residet, et se pessumdari, concularique sinit: itaque honoribus sic offendebatur,

ut alii solent iniuriis irritari. Fratrum amantissimus, eorum molestias, laboresque pro sua virili parte relevabat: laborandi et patendi illa cupidus, ut adeo aeger tertio ante mortem die, lectum sibi ipse straverit, ne aegrotantium adiutori toties negotium exhiberet. Quare sacris omnibus rite procuratis, nihil perturbatae, cessit et vita: non enim illius mors miserrata esse potest, cuius beata vita fuit, et Mariae matris cultu glorianda. Ad hunc locum pertinent miracula, et oera stupenda valde, quae ad invocationem beatissimae Virginis Mariae apud Tungros Cambrones, et Servios in Hannonia, ac Dominam gaudiurum in Picardia affulserit ab anno 1081. ad annum 1605. et quinque libris comprehensa Coloniae sunt edita anno 1607. Huc etiam referri debent beneficia, et miracula divae Virginis Hallensis, et divae Virginis Sichesensis a Iusto Lipsio duobus libris descripta: item miracula patrata Laureli in agro Piceano, quae Horatius Tursellinus eleganter enarravit.

§. CLII.

Ex miraculis beatae Virginis apud Tungros cap. 21. Anno 1220. Domino Petro Tornese Abbate Cisonii vita functo, dominus Ioannes Ladhemi vir qua religione, qua vitae sanctimonia celebris, in demortui locum a capitulo est electus. Quae res Dominum Theodoricum de Auchi male habebat, qui nihil non tentabat, omnemque quod aiunt, lapidem movebat, tum promissis, tum muneribus, ut ad eam dignitatem provocheretur. Etsi vero eam ambitiose prosecutus est, tamen, quod neque capax, neque idoneus esset, passus est repulsum: fugit enim gloria persequentes, qui unbram dumtaxat, et speciem virtutis in se contulerunt. Ac caecodaemon, accessio in eius viri animo ambitionis igne, abominabile quid ei suggestit. Proditorie enim hic Theodoricus colludit cum electi ministro, adseito quoque alio nebulone, secreti conscio, quorum opera de nocte, Ladhemi cubiculum ingreditur: quem dormientem, annexo ad collum laqueo, suspendit et lacunari cubilis, fortiter premit, et strangulat, et mortuum demittit, eumque intra thori linteum recondit, pendente ad collum furore; hinc cum sceleris affinis recedit, obsecratis cubiculi foribus. Porro bonus hic Antistes, lethales sentiens angustias, sese Deo commendarat, et nostrae Dominae Tungrensis, quam singulari affectu prosequeretur. Exortia luce proxima, quae eius benedictioni erat destinata, mirari omnes coeperunt, quod ad aedem sacram non veniret: ad cubiculum concurrunt, fores pulsantur, aures attentae praebentur, et nihilum responsi quidem accipiunt. Quaerunt minister perversus, imo iam homicida maledictus, qui clavi ianuum patefaceret; at ille Tornicus effugit. Fractam est ostium, mortuus in lecto invenitur cum furore ad collum alligato. Dominus Theodoricus affirmat eum desperasse, sibi necem consci-

vise: pergit ambire dignitatem, asserens Ladhemi electionem a Deo reprobatam, quae se potius eligendum contendeat. Interea cadaver ad locum affertur capitulare: super lugubrem pannum deponitur, et cooperitur, donec sacrum divinum officium foret completum: iuxta corpus manet novissus quidam frater Petrus a Belliolo, defuncti nepos, 13. annos natus. Nola vero consecrationis corporis Christi praeparata sonante, puer in has voces erupit: O domine Ladhemi mi avuncule, placeat Deo, et Virgini Matri animam tuam recipere, o avuncule, avuncule, quanto moerore propter mortem tuam conficior. Quibus dictis, in sibi res stupenda nimis. Mortuus quippe, ceu a graviore somno excitus: Gaude, inquit, mi nepos, non sum mortuus. His auditis, puer et metu occupatus, et gaudio ebrius, properat ad chorum, et magna voce clamat: Non est mortuus avunculus meus, mihi iam nunc locutus est. Religiosus quasi amens, et prorsus attonitus, ad praefatum capitularem locum dicto citius advolat, et praedictum Ladhemiun offundunt, honeste panno contextum, flexis genibus orantem Deum: quem illo ipso schemate ad chorum adducunt, retulitque iis se Tungris venisse, ibique accepto ad usum brevuario, et veste pastoris, qui magister, et divus Ioannes Nazaretus dictus est, sacrum fecisse ad altare beatae Virginis; in cuius rei satisfactionem se ibidem funem, quod strangulatus fuerat, reliquisse. Quod superest, nescisse, an in spiritu tantum, an in spiritu, et corpore simul id contigerit. Qui autem aderant, iam insolita narratione stupefacti, diligerent in rem totam Tungris inquirunt. Omnia reperitur veritati consona. Latrones comprehensi, convicti, et commerto supplicio affecti. Divus Ladhemi, designato loco, stallum vocant, accepta benedictione, factus est Abbas Cisonii. Provinciam illam ad annos unum et triginta cum laude administravit. Evolutis a benedictione diebus duodecim venit pari numero religiosorum comitatus, nudis pedibus, omni cum humilitate gratias acturus beatissimae Virgini. Tungris ad triduum demoratus, praedicari fecit hoc miraculum, et populum alloquens: ego, inquit, is ipse sum, cui tantam gratiam beatissima Virgo contulit: agamus illi pariter omnes quam maximas possumus gratias: delectamus reverenter genia, confitemur nos tantis indignos favoribus. Tandem Abbatem intram, et pedum de sui conventus et capituli consensu nepoti suo iam memorato resignavit. Quo facto, sedem et domicilium Tungris delegit, ubi ad sexenium vixit, mirae semper beatissimae Virginis amore flagrans, in cuius servitium, et loci decorationem erat propensissimus.

§. CLIII.

Ibidem capite 23. Anno 1259. die Aprilis 18. quidam Petrus Montius, incola pagi Bauffiae, domum rediens sub vespere trucidatus fuit grandi malleo per fabrum quandam